incensatur in eodem loco absque
Mitra, et dimittit baculum.
His peractis intonat Credo, prose-
quendo illud secretè cum Assisten-
tibus et illo terminato sedet in
Faldistorio, acceptisque mitra
et Gremiali manet usquequo
à Choro cantetur integrum
Credo; Quo finito non cedit
benedictionem Concionatori
dicens: Dominus sit in corde
tuo & et eodem modo sedens
audit Concionem.
Terminatâ Concione, depositis
Mitrâ et Gremiali surgit, et
osculato Altari cantat Dominus
vobiscum (tangendo semper
Pastorale ut supra), Oremus,
legitque secretò Offertorium:
Sedet deinde in Faldistorio et sum-
ptis Mitrâ, et Gremiali, deponit
Annulum, et Chirothecas, lavat
manus, reassumit Annulum
deponit Mitram, surgit et offert
oblata dicens: Suscipe Sancte
Pater & Deus qui humanæ substan-
tiæ & benedicendo aquam offeri-
mus tibi & In spiritu humili-
tatis & et veni sanctificator